UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Leontio Episcopo. 387.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

ſequeſtros ſe prębere audent, naturámque omnem ſermonis facultatem ſuperantem ſermonibus ſuperare aggrediuntur.

Leontio Epiſcopo. 387.

Ego te, ô puritatis delubrum, non ſacerdotij nomine admiror: ſed quia illud, vt conueniebat, es conſecutus. Multi enim ad eam dignitatem haud piè ſanctéque irruperunt: qui autem eam honeſta ratione obtinuerunt, ac perpetuò ſeipſos nõ modò omni reprehenſione ſuperiores, ſed etiam admiratione dignos præſtiterũt, hi omniũ laude ac prædicatione efferri merentur. Quorum in numero cùm ipſe quoque ſis, ſexcentis oculis vitam tuam ac mores circumſpice: ne alioqui neglectum abs te quippiam tantæ virtuti labem ac perniciem afferat.

Hieraci Presbytero. 388.

Diuina & cæleſtia oracula, iis quidem, qui pulchrarum rerum faſtidio tenentur, literæ ſolùm eſſe videntur: iis autem, qui ſupra mundum aſſurrexerunt, ac ſpectaculis gaudent, virentes & amœni horti ſunt, tanquam ex cæleſti nectare puriſſimis floribus ſcatentes. Etenim, vel pronunciata duntaxat, ad animos admiratione defigendos ſufficiunt: iis autem, qui ea conſiderant & animaduertũt, feriari non permittunt, verùm hoc efficiunt, vt omnes animi ſenſus ad ea ſe conuertat: adeò vt priuſquàm id, quod præſens eſt, conſpexerint, id quod ſequitur expetant, & cùm illud perſpexerint, id, quod reliquerint, quærant: & cùm id, quod tertium eſt, viderint, quod potiſſimùm admirentur nõ habeant. Intra enim literæ penetralia mentem mittentes, tanta admiratione implentur, ac tanta gratia cumulantur, vt iam terrenarum rerum nihil capere queant, ne ſi diuina quædam ea, quæ certatim homines appetunt, ad ipſos confluant: quòd videlicet earum rerum, quas prius admiratione proſequebantur, obliuio victrix extiterit.

τὴν φύσιν λόγοις ζυγοστατεῖν ἐπιχειροῦντες.

Λεοντίῳ ἐπισκόπῳ. τπζ.

Ἐγώ σε, ὦ ἁγνείας ἀνάκτορον, οὐκ ἐκ τῆς ἱερωσύνης θαυμάζω, ἀλλ' ὅτι προσηκόντως ταύτης τετύχηκας. πολλοὶ μὲν γὰρ αὐτῇ ἐπεκώμασαν οὐκ εὐαγῶς. οἱ δὲ εἰκότως τετυχηκότες τῆς τιμῆς, καὶ διὰ τέλους ἑαυτοὺς οὐ μόνον μέμψεως κρείττους, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἀξίους ἀποφηνάντες οὗτοι παρὰ πάντων ἀναῤῥηθῆναι ἂν εἶεν δίκαιοι, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς τυγχάνων, μυρίοις ὀφθαλμοῖς τὰ κατὰ σαυτὸν περισκόπει, μή ποτέ τι παροφθὲν, τῇ τοσαύτῃ λυμήνηται ἀρετῇ.

Ἱέρακι πρεσβυτέρῳ. τπη.

Οἱ θεῖοι καὶ οὐράνιοι χρησμοὶ τοῖς μὲν τῶν καλῶν ἐν ἀρτοις γράμματα μόνον εἶναι δοκοῦσι. τοῖς δὲ ὑπερκοσμίοις καὶ φιλοθεάμοσι, λειμῶνές εἰσιν εὐανθεῖς, ὥσπερ ἐξ οὐρανίου νέκταρος βρύοντες ἀκηράτοις ἄνθεσιν. ἐξαρκοῦσι μὲν γὰρ καὶ μόνον ῥηθέντες πρὸς ἔκπληξιν. κατανοοῦσι δὲ σχολὴν ἄγειν οὐκ ἐπιτρέπουσιν, ἀλλὰ παρασκευάζουσι πᾶσαν τὴν νοερὰν αἴσθησιν τρέπειν εἰς ἑαυτοὺς, ὡς πρὶν τὸ παρὸν ἀκριβῶς θεάσασθαι, ποθεῖν τὸ ἑξῆς. κἀκεῖνο θεασαμένους, ὅπερ ἀπέλιπον ζητεῖν, καὶ τὸ τρίτον ἰδόντας, οὐκ ἔχειν ὅτι θαυμάσουσιν. εἴσω γὰρ τοῦ γράμματος παραπέμποντες τὸν νοῦν, τοσούτου πίμπλανται θαύματος, καὶ τοσαύτης πληροῦνται χάριτος, ὥστε μηδὲν ἐπιχωρῆσαι τῶν ἐπιγείων πραγμάτων δύνασθαι, μηδὲ ἂν πάντα πρὸς αὐτοὺς συῤῥέῃ τὰ περιμάχητα. λήθης ὧν πρότερον ἐθαύμαζον ἐκνικησάσης.